



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Reverendissimi Ac Illustrissimi D.D. Antonii Godeau Episcopi Venciensis Viri Celeberrimi Theologia Moralis**

Ex Purissimis Sacræ Scripturæ, Patrum Ac Conciliorum Fontibus Derivata,  
Notis Theologicis Illustrata, Duasque In Partes Divisa

Complectens Tractatus I. De quarto, quinto, & sexto decalogi Præcepto II.  
De septimo decalogi Præcepto. III. De octavo decalogi Præcepto. IV. De  
Ecclesiæ Præceptis. V. De Sacramentis in genere & quibusdam in specie.  
VI. De Pœnitentia. VII. De Matrimonio

**Godeau, Antoine**

**Augustae Vindelicorum, 1774**

Caput I. Usuræ definitio, & divisio traditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53587](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-53587)

Egris famulis tenentur domini quantum possunt viatum & medicamenta suppeditare, nec propterea debent eorum salario imminuere, aut illos domo expellere, quemadmodum inhumani quidam domini solent, qui non satis considerant famulos suos Jesu Christi fratres esse, & erga illos caritatis officia debere se diligentius exercere, & illius Apostolicæ sententiæ meminisse, videlicet: *Si quis domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior* (1. Tim. 9.).

---

## SECTIO VI.

### DE U S U R A.

#### C A P U T I.

##### Usuræ definitio, & divisio traditur.

Usura hodie quasi torrens ruptis aggeribus omnia alluit, & Casuistæ non valida illi & tuta opponunt repagula, sed mille aperiunt vias, quibus impune se effundat. Majori propterea diligentia hoc argumentum a me est trahandum, & peculiares usuræ casus sunt attingendi, qui in Provincia & in mea Dicēcesi evenire solent, ut super his Confessarios instruam.

Resolutiones, quas afferam, scio plerisque non placituras, qui ingentes ex usura divitias

Q 5

sibi

sibi comparant, iisque potius fidem præbes; qui iniquos ipsorum contractus vel laudant, re excusant. Ego vero officio meo fungar; autem isti perire voluerint, mundus ego ab eis sanguine ero.

Usura est lucrum ultra sortem, ex mutuo immediate proveniens. *Lucrum* appello, id temporalem rem pretio æstimabilem, sive pecuniam, vinum, oleum, triticum, sive servitium, aut obsequium.

Quinque requiruntur ad stabiliendam usuram. 1. Oportet ut adsit mutuum, quod sci-  
pientem ad eamdem reddendam rem non obligat, sed ejus dumtaxat valorem; alias non esse mutuum, sed commodatum. 2. Oportet ut mutuator aliquid ultra sortem lucretur. 3. Opor-  
tet ut lucrum istud sit pecunia æstimabile, alio  
nulla adest usura; veluti si quis, ut alterius  
amicitiam acquirat, pecuniam det mutuum,  
amicitia siquidem æstimabilis non est pecunia.  
Sed si quis ad reparandam injuriam alteri mutu-  
tuat, usuram committit; hæc enim reparanda  
æstimabilis est pecunia, & pecunia passim. 4.  
4. Oportet ut lucrum istud ex mutuo proveniat;  
si enim aliunde provenit, nempe ex lucro cessione,  
aut ex damno emergente, nulla interversio  
usura. 5. Oportet ut istud lucrum ex mutuo  
immediate proveniat; si enim mutuatorius excep-  
tio grata aliquid ultra sortem donare velit  
gratitudinis ergo, absque stipulatione directa vel  
indirecta, usuram non committeret hoc donum  
accipiens.

præbendit, n  
udant, n  
ingar; n  
ego ab s  
ex mun  
pello, idel  
sive per  
servitium  
ndam u  
quod occ  
non obli  
es non eff  
Oportet u  
r. 3. Opo  
bile, alii  
ut alterius  
mutuum,  
st pecunia  
alteri me  
reparatio  
passim fi  
provenient  
acro celsus  
intervenit  
ex mun  
rius excep  
velit gr  
diresta v  
oo domini  
Dicitur.

Dividitur usura in manifestam, & in palliata. *Manifesta* usura illa est, quæ eviuenter apparet. *Palliata* illa, quæ se alicujus contrarius, vel falsi prætextus velo tegit.

Dividitur etiam in realem, & in mentalem. *Realis* illa est, quæ expresso pacto fit aliquid dandi supra sortem. *Mentalis* est mutuum sine exteriori hoc pacto factum, sed cum intentione aliquid ex mutuo ultra sortem accipiendi. Nam si mutuorū desiderium dumtaxat, vel spem quamdam haberet aliquid ultra sortem accipiendo, sed non in hunc finem mutuo daret, mentalis usura non adesset; ad usuram igitur solum spectat formalis intentio. Propterea illud, quod apud sanctum Lucam legitur: *Mutuum date inde sperantes: de intentione, non de sola spe est intelligendum;* quæ intentio, ut diximus, debet esse formalis lucrum ex mutuo percipienti, & mutui potissima causa esse debet.

In palliata usura mutuum sub alio contractu legitur, exempli gratia quando merx ultra summum pretium venditur, quia pecunia statim non accipitur; vel eum ideo infra pretium infinitum res emitur, quia ante tempus pecunia solvitur: uterque hic contractus usuram continet. Mercatores etiam, qui merces summo pretio vendunt, quia pecuniam non accipiunt, easdemque ex tempore infinito pretio redimunt, usuram committunt. Iste est contractus *Monachus*, quem novi quidam Casuistæ tam obstinate tueruntur, & qui adeo bono Reipublicæ opponuntur.

## CAPUT